

o. 13, 67

Vd
3130

X 3521781

DE
A Y T O M A T I A S
NVMINE SACELLO ET CVLTV
P R A E F A T V S

PROVINCIALIS SCHOLAE PORTENSIS
GRATVLATIONEM PVBLICAM

OB REPARATAM PACEM

I N D I C I T

CHRISTIANVS GODOFREDVS GRABENERVS
A. M. ET RECTOR.



L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



Si, qui de patria bene merentur, laudandi sunt, multo maior laus illis debetur, qui exteras prouincias, atque gentes, ita ordinant, tuerunt, et ornant, ut illufriora pietatis documenta, ne a ciuium quidem optimo expectari possint. **TIMOLOENTI CORINTHIO** contingebat esse tam felici, ut **SYRACVSANORVM** res tanta prudentia, tanta fortuna, iuaret, ut illorum, quae **SYRACVSIS** acciderunt, historiam pertexere nemo posset; quin multa, et magna, **TIMOLOENTIS** de illis merita recenseat. Laude tamen sua nec opera fraudanda est, quam **SYRACVSANI** in ornando, et honorando, **TIMOLOENTE** posuerunt^a). Hace enim efficit, ut ille, perfecto negotio, **SYRACVSIS** manere, quam **CORINTHVM** reuerti, mallet^b). Incoluit ergo priuatus in illa **SYRACVSARVM** parte, quae **TYCHE** uocabatur, domum pulcherrimam, praemii loco acceptam^c). Quam parum arroganter autem de rebus, a se cum summa laude geflis, exiftimaret, **ATTOMATIAS** facello significauit, quod, domi suae constitutum, sanctissime coluit^d). En nouum numen, de quo **GRAMMATICI** certarunt, et certant^e), et adhuc sub iudice lis est! Liceat ergo mihi in

A 2

huius

a) Conf. **PLVTARCHVS** in uita **TIMOLOENTIS**, p. 184. edit. **FROBEN**. p. 184. **NEPOS** in **TIMOLOENTIS** uita Cap. III. §. 5. et 6. **HVBERTVS GOLTTIVS** in **GRAECIA**, L. I. p. 19. et 42. Quo honore autem **SYRACVSANI** mortuum **TIMOLOENTEM** prosecuti sunt, iidem auctores tradunt, ubi de morte eius verba faciunt.

b) Conf. **PLVTARCHVS** loc. cit.

c) Conf. **MARIVS ARETIUS** in chorographia **SICILIAE**, p. 1424. **ITALIAE** illuſtratae, et **PLVTARCHVS** loc. cit.

d) De hac deo **PLVTARCHVS** loc. cit. p. 183: Ἐπὶ δὲ τῆς ἑνὸς λέγοντος θευτάμενος αὐτοκατιλαθεῖσε. Idem περὶ τῆς εἰπουσῆς αὐτοφθόρου in Opp. moral. a **XYLANDRO** editis, p. 296: Κακὸς δὲ Τιμολέων ἐν Συρακουσίαις αὐτοκατιλαθεῖσος οὐδενὸς εἴη ταῖς περάσεσι. Idem in Πολιτικοῦς πλαισιογράμμασι, loc. cit. p. 397: Οἱ μεγάραι καὶ δαίμονα, καὶ τύχην τοὺς κατορθώμασιν συντεργεφέροντο, οὐς Τιμολέων, οὗ ταῖς ἐν Σικελίᾳ καταλύοντας τυραννίδας αὐτοκατιλαθεῖσος λέγεται. **NEPOS** in uita **TIMOLOENTIS** Cap. III. §. 3: Nihil rerum humanarum sine deorum numino geri putabat. Itaque fusa domi facellum αὐτοκατιλαθεῖσος constituerat, id que fanūlissime colebat. Ex his fusa de hoc facello haustus **GOLTTIVS** loc. cit. p. 42.

e) Conf. **BOSII** index in **NEPOTEM** sub noce αὐτοκατιλαθεῖσος, et **CELLARIUS** ad hunc **NEPOTIS** locum.

VI

huius deae originem, naturam, potentiam, facillum, et cultum, iam paulo accuratus inquire!

Debeat ATTOMATIA diuinitatem suam tum pietati, tum fortunae, TIMOLEONTIS. Hic enim prorsus singulari in SICILIA utebatur felicitate. Cum pluribus ei decertandum erat hostibus, et cum maximis periculis conflictandum, sed tum illos, tum haec, quam felicissime superabat^f, et, quod maximum erat, non diuturni bellis, sed exiguo temporis spatio, PLVTARCHVS^g) igitur, TIMOLEONTIS, et aliorum magnorum virorum, factis inter se comparatis, faretur, eius facta praeter pulchritudinem etiam id habere, ut perfacile uideantur perpetrata, ita, ut uirtuti fortunatae accepta, referenda sint. Ut autem in TIMOLEONTE ornando, sic etiam in eodem seruando, occupata conspiciebatur fortuna. Nam non fuit tantum prudenter, et fortiter, ab eo susceptis consiliis, sed et impediuit, atque repressit, infidias, eius uitae stractas, tam miro modo, ut tutela numinis prorsus singulari gloriari posset^h.

Hacc
f) Audiamus PLVTARCHVM, TIMOLEONTEAE felicitatis prorsus singularis documenta cum admiratione enarrantem! In uita TIMOLEONTIS, loc. cit. p. 171: Τοσάντη, inquit, καὶ περὶ τὴν μίσθιον εὐθὺς ἐλαυνεῖ τύχη ἐμφένει, καὶ τοῖς ἀλλαῖς πρόξεστον ἀδειῶσθε χρέος, ἐπικονιώτα τὴν ἀρετὴν τῆς ἀνδρὸς. DIONYSI dictionem vocat loc. cit. p. 175, ἀνέλπιτον ἐντυχεῖν, et p. 176: Διονοτίς, inquit, δυσυχής παραλόγη Φανεῖται, όχι ἱττεῖς ή Τιμολέοντος ἐντυχήσῃ θείωντος γράμμας Σικελίας ἐν ἡμέραις πετρίναις, τότες ἀρεστοῖς τῶν Σικελικῶν παραλαβεῖ, καὶ Διονοτίους εἰς Πελοποννησον ἔξεπεμψεν. De SYRACUSARVM excriptione loc. cit. p. 178. haec tradit: Τὸ μὲν ἀλλον τὸν πελλὸν κατάπλευς καὶ γενέθαι ταχίστων ὑποσείριον, ἐπικονίστων τὸν πελμένον δίκαιος ἀναδίνει τῇ τοῦ μεζομένου ἀδειῶσθε καὶ τῇ δευτέρᾳ τῇ σερατῷ, τὸ δὲ μῆδος ἀποθανεῖ την, μήτε τρεπθῆται, τὸν Κερυνίθιον ἰδούς ἔργον ἀντῆς ή Τιμολέοντος ἐπεδεινότερον τύχη, παθάτερ διαιμιλλομένη τοῖς αρετοῖς τῆς αιδοῦς, ἵνα τὸν ἐπανεμένον ἀντέ τὰ μακαρογέμενα, μᾶλλον ἐι τυπωθώμενοι θαυμάζωσιν. Οὐ γάρ μέν Σικελίαν πάτων, εὖθε ή Φίρμην κατέσχεν, εἰλλα ἥμερον ὅλην ή Εὔλεας δύχει τὸ μέρος τῆς πατοσού θάματος, ὅσσε τὸν τὸν Κερυνίθιον πόλιν απιστεῖσαν ἐι διαπεπλευνεῖ ὁ στέλες, ὁμοία καὶ σεσωμέναις καὶ νευκότας ἀπειλεῖ τὰς ἀνθές. Ουτος ἐνράγησαν πέρης καὶ τοστάτης κάλλοι τῶν ἔργων το ταχος τῆς τύχης προσθέμεναι. Fufius exponit PLVTARCHVS loc. cit. p. 180. Iequ. iudicavit, horrendae tempestatis ope a CARTHAGINENSIBVS reportata, de qua etiam DIODORVS SICVLVS L. XVI. P. 143, editionis PETRI WESSELINGII ita indicat: Περιεγένετο γάρ ἀνελπίστως τῶν πολεμίων, καὶ μόνον διὰ τὰς θλιας ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν θεῶν συρρεψαν.

g) Loc. cit. p. 183: Ή Τιμολέοντος σφραγία ἀπεξετασμένη, καὶ μετὰ τὰ καλλιπολίου τὸ ἄστον ἔχεται Φανεῖται τοῖς ἐν καὶ δικαίοις λογιζόμενοις, εἰ τύχης ἔργου, ἀλλὰ ἀρετῆς εὐτύχειν.

h) Nihil dignius est memoratu eo, quod PLVTARCHVS loc. cit. p. 176. refert: Οἱ δὲ Ιστεῖς Τιμολέοντος δύο ἔτης παρασκευαστας, δολοφονίστων αὐτὸν, ὑπέπεμψεν εἰς Ἀδρανίην. Ουτε ἀλλος περὶ τὸ σῶμα συντεταχμένη ἔχεται Φιλακίην, καὶ τότε παντάπαιδες διὰ τὸν Θεὸν ἀνεμένοις, καὶ αἰνιόπτως σχολάζονται κατὰ τὸν Ἀδρανίτων. Οἱ δὲ πατρόφεντες κατά τυχην παῦσθενοι μελλοντα θύειν αὐτὸν, ἵνα εἰς τὸ περὸν ὑπὸ τοῦ ματιοῦ ἐγχειρίδια ποιίσοντες, καὶ τοῖς περιειδῶν τὸν βαρύνειν ἀπαμβάνετες ἐγγυτέρῳ κατά μηνεν ἐπεχειρεῖν. Καὶ στον ἐπον παρακινευόμενον ἀλλήλοις ἐνέχεσθαι, παῖς τις αὐτῶν τὸν ἔτερον κατά τὴν πεφαλῆν ἔβει καὶ πεσόντες, οὕτως ὁ παῖς εἷμεν, οὕτως μετὰ τὴν πληγήντος ἡκών, ἀλλὰ ἐκεῖνος μὲν ὥσπερ ἔιχεν τὸ ξίφος Φενύγων πρέσει την πέτραν ὑψιλον ἀπεπληρώσει. Ἔτερος δὲ τὸ βαρύν καθέδειν αἴσιον πήστε παρὰ τὸ Τιμολέοντος ἐπὶ τῷ πάντα μηνίσαι, καὶ λαβόντης κατ' αὐτὸν καὶ κατά τὴν τεθνήσκοτος, ὡς πεμφθεῖν εἰπεῖν ἀπεκτενθεῖτε. Εν τέτῳ δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς πέτρας κατέληγον ἔτεροι βούντα μηδὲν ἀλλεῖν, ἀλλὰ ἀποκτέναι δικαίοις τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ πατέρων τεθνήσκοτος, οὐ ἐπεινος απεκτονεῖται πρέστερον ἐν Δεοντίσιοι, καὶ μαρτυρεῖσθαι ἔιχεν εἰς τῶν πατέρων, θαυμάζοντας ἀμά της τύχης

Haec uero omnia tanta **TIMOLEONTIS** animum implebant numerum suorum reuerentia, ut multa eius specimina commemorentur. Reficiebat summo studio bello uastatas numimum aedes, ordinabat **SYRACUSA** sacra, quae et ipse frequentabatⁱ⁾, domunque suam **GENIO**^{k)}, in ea autem facellum **ATTOMATIA**, dedicabat. Nec nisi felicissimus rerum successus, quem non sibi, sed numini, tribuebat, ad facellum, huius nominis deae constituendum, **TIMOLEONTEM** adducbat. Testis est **NEPOS**^{l)}: *Nihil unquam, inquiens insolens, neque gloriosum, ex ore eius exiit, qui quidem, quam suas laudes audiret praedicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas diis gratias agere, atque habere, quod, quem **SICILIAM** recreare confituisse, tum se potissimum ducem esse uoluissent.* *Nihil enim verum humanarum sine deorum nomine geriputabat.* Pariter **PLVTARCHVS**^{m)} tradit, quod omnia fortunae accepta retulerit, et hinc saepius tum ad amicos scriperit, tum pro concione dixerit, deo se habere gratias, quod in seruanda **SICILIA** suo nomine nisi sint. **PLVTARCHYS** alio quidem locoⁿ⁾ hoc **TIMOLEONTIS** effatum non tam pietati, quam prudentiae, eius tribuere uidetur, quod illud ea occasione commemorat, qua illis, qui suam gloriam molestatam alii sentiunt, fraudet, ne omnia sibi arrogant, sed ut alia fortunae, alia deo, accepta ferant: Verum enim uero, quum nullus auctorum ullum arrogantiæ, aut simulationis, exemplum de **TIMOLEONTE** referat, nec **PLVTARCHVS** horum uitorum illum arguiss, sed alios, laudis studiosos, tantum monuisse, uideri potest, ut, quod **TIMOLEON** ex pietate serio fecit, isti saltim ex prudentia simulare faciant. **TIMOLEON** enim, se ex animo pius esse, non uerbis modo, sed etiam factis, probauit, eundemque **ATTOMATIAS** facellum pierate serua adductum condidisse, **PLVTARCHVS**^{o)}, et **NEPOS**^{p)}, testantur.

GRAECVS nouo, quod excogitauerat, numini **GRAECVM** nomen indebat. **NEPOS**, auctor, utriusque linguae bene peritus, **GRAECVM** deae nomen **GRAECIS** adeo literis exprimit præter morem, nec uerit, nec explicat. Cui hoc non sit indicio, carere tam lingua **LATINAM** uoce eius-

A 3

dem

τὴν ἐμπορίαν, ὃς δι' ἔτερου ἑτέρου κινδύνου, καὶ συνάγεται πάντα πόροισθεν, καὶ συγκαταπλέκεται τοῖς πάτερσι θεοφέροις δούλοις, καὶ μηδὲν ἔχει πρὸς ἄλλα παιδίν, ἀλλ' τοῖς ἀλλήλων χρήσται καὶ τέλεται, καὶ δεχαται. Τέλον μὲν ἐν αὐθεωπον ἐσε-
φίσασται ὁ Κορθίσιος δέκα μηνὶς, ὅτι τῷ Φυλάττοτι δαιμονὶ τὸν Τιμολέοντα πάθος ἔχοντας δίλυσαν, καὶ τὸν εἰ πολλὰ παρέντα θυμῷ ἀπτῷ πρέπεργον ἡ πατανάλωσε, ἀλλὰ μετ' αἰτίας θύλας σάρξ στήνεις συτείνεις από τούτης διεπηρεσεν. Ή δέ εἰς τὸν πατέντα παιδὸν εὐτυχία καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ταῖς ἀποκονισθέντας ὡς ιερὸν ἀνέρα, καὶ σὺν θεῷ τιμωρήσκοντα τῇ Συκελίᾳ τὸν Τιμολέοντα σέβεσθαι καὶ Φυλάττειν.
i) De his multis **PLVTARCHVS** loc. cit. p. 173, 176. et 181. item **DIODORVS SICVLVS** loc. cit. p. 146.

k) Hunc vocat **PLVTARCHVS** in uita **TIMOLEONTIS**, p. 183. Ιερὸν δαιμονα, et in commentatione περὶ τῆς εἰσιτοῦ ἐπανειληνοφθίσιος, p. 296. ἀγαθὸν δαιμονα.

l) In uita **TIMOLEONTIS** Cap. III. §. 3.

m) In uita **TIMOLEONTIS** p. 183: Πάντα ἐκεῖνος εἰς τὸν τύχην αὐτῆς τὰ πατορέματα. Καὶ γάρ γράψαντο τοῖς Φύλοις, καὶ δημηγορῶν πρὸς τὰς Συρακουσαῖς, πολλάκις ὥρι τῷ θεῷ χάριν ἔχον, οὐτε βελόμενος σῶσαι Συκελίαν ἀπογράψατο τὴν αὐτῆς προσταργεῖσαν.

n) In libello περὶ τῶν ἐκατοντὸν ἐπανειληνοφθίσιος p. 296. item in πολιτικοῖς παραγγελματι p. 397.

o) In uita **TIMOLEONTIS** p. 183.

p) Verba eius loc. cit. haec sunt: *Nihil verum humanarum sine deorum nomine geriputabat. Itaque suae domi facellum **ATTOMATIAS** constituerat.*

VI

dem significationis, quam sacra ROMANA tali dea? At noterant, atque colebant, RÖMANI FORTVNAM. ATTOMATIA igitur illa SYRACUSANA eadem fuisse non uidetur, quae FORTVNA ROMANA. TTXHN uocabant GRAECI, quam ROMANI FORTVNAM appellabant, et haec dea TIMOLEONTI non tantum tanquam GRAECO, sed etiam tanquam cuius SYRACVSANO, ignota esse non poterat, quum in ea urbis parte habitat, quae a FORTVNAE fano, quod in ea ab antiquissimis temporibus floruerat, nomen acceperat^{q).} Quum igitur alio nomine, coquē nouo, suam deam insigniret, ab hac differre GRAECORVM TTXHN, satis uidetur significauisse.

ATTOMATIAS nomen uoci ἀυτόματος suam debere originem, quicquid uidet. Autōmatο autem a GRAECIS dici, quicquid sponte sua, propriis, non alienis, uiribus oritur, aut agit, inter omnes linguae GRAECAE gnaros constat, sive a μάρτιοι, sive a μάρτη, altera uocis pars orta putetur^{r).} Est igitur ἀυτόματη uel illa existendi ratio, qua aliquid sua sponte, propriis, non alienis, uiribus oritur, uel illa agendi ratio, qua aliquid sponte sua, propriis, non alienis, uiribus agit. Quae cum ita sint, ATTOMATIA TIMOLEONTE A dea existimanda uidetur, quae suis uiribus effecerit, ut sponte sua ea se obtulerint TIMOLEONTI, quibus opus erat, ut conatus eius e uoto succederent, quorum quidem successum, et euentum, allii prudentiae eius, et laborum, opus existimabant, qui tamen numinis potius opus erat, clam operantis, conatusque TIMOLEONTIS cauiss fe sponte offerentibus mirifice inuantis. Licet mihi, quae mente concepi, explicare luculentius! Nimirum prudentissime excoxitata, et penitata, summaque solertia suscepta, non semper feliciter perficiuntur. Posse enim prudentissimi consiliis, summaeque solertiae, præter exspectationem multa esse impedimentoa. At possunt etiam non abesse solum impedimenta illa, sed contra accidere quoque varia, quae prudentiae, solertiaeque, hominum tanto adiumento sunt, ut utraque fine suo potiatur, uel ex uoto, uel adeo supra uotum, omnemque exspectationem. Quae quum accidunt, id sane, non humanis agentium, sed humanis maioribus, scilicet diuinis, uiribus tribuendum est. Illa igitur diuina nisi, quae ea, quae prudentissimi consiliis, solertiissimisque studiis, hominum ita possunt esse impedimentoa, ut ea irrita fiant, auertit, itaque contra accidere iubet, quae, dum se sponte offerunt agentibus, horum consilia, et conatus, ad optatum exitum perducunt, a TIMOLEONTE in deam transformata, et ATTOMATIAS nomine insignita, mihi uidetur. Conuenit haec ATTOMATIAS descriptio cum TIMOLEONTIS de suis rebus sententiis, et ex ea quoque cognoscitur, in quantum haec dea a similibus ipsi numinibus differat.

Credebatur FORTVNA et secundorum et aduersorum, euentuum cauissa esse, ATTOMATIA uero eorum tantum cauissarum, quae consilio, comatumque, dum se sponte agentibus offerunt, iuvant, quamvis non negandum sit, inter plures vires etiam similem vim ROMANOS, et GRAECOS FORTVNAE suae tribuisse, ideoque illam FORTVNAE OBSEQUENTIS,

TIS,

q) Conf. CICERO IN VERREM L. III. Cap. 53. et die allgemeine Welthistorie, Tom. VI. §. 337. p. 265.

r) Conf. RHODIGINVS Antiqu. Lect. L. III. Cap. 16.

TIS, ΑΓΛΩΣ ΤΥΧΗΣ, et similibus, nominibus ornauisse. GYRALDVS^{a)} quidem deam TIMOLEONTEAM ATTOMATIAN TΥΧΗΝ uocat, sed posteriorem uocem priori iunctam alibi non inueni. FORS FORTVNĀ, si DONATO^{b)} credimus, a ui sua, uel, si uocis usum attendimus, ab euentu subito, et inexspectato, ita dicta est, sed ATTOMATIA a uiris, cauissime, sponte se offerentibus, quibus diuinum numen hominum confilia, et conatus, iuuat. BONVS EVENTVS agricolarum deus erat, horumque laboribus fauere credebatur^{c)}), ATTOMATIA uero non tam naturae, quam liberarum actionum, effectibus adiumento esse. CASVS, et CASVS FORTITVS, et obesse potest, et prodeſſe, sed ATTOMATIA semper fuit agentibus.

Quae de casu, quem αὐτόματον uocabant, ciusque a fortuna differentia, ueteres PHILOSOPI, et in illis maxime ARISTOTELES^{x)}, et PLVTARCHVS^{y)}, disputant, satis subtilia, sed et eius naturae, sunt, ut illi PHILOSOPI uel ipſi ſententias suas satis non perfplexiſe, uel nouandi ſtudio arbitrarias pro uerioribus diſcipulis obrudere uoluiffe, uideantur, ut ſuo iure BRUCKERVS^{z)} iudicat. Eorum certe τὸς αὐτομάτων definitio ATTOMATIAI TIMOLEONTEAM minime conuenit, quod tamen neutiquam mirandum eſt, quum haec non a PHILOSOPI, ſed a milite, felicem fuarum rerum euentum non humanis, ſed diuinis, humana confilia adiuuantibus, uiribus ſatis pie tribuente, excogitata fit. Si uero huius nouae deae naturam recte explicauimus, de casibus fortuitis rectius ſenſit TIMOLEON, quam reliqui fictorum numinum cultores, quod illos numinis cuiusdam diuini rectioni ſubdidit, quamvis plurium numinum cultu non ſit absoluendus.

Huic ergo ATTOMATIAI TIMOLEON dedicauit facellum, quod PLVTARCHVS bis ἱερὸν^{a)}, ſemel βωμὸν^{b)} uocat. Quae tamen uoces ſibi non aduerſantur, ſed ſe potius inuicem explicant, dum ſatis notum eſt, quod pars fani, altare, ſacripſime pro toto fano ponatur. ἱερὸν autem hoc loco facellum, nec quocunque ſacrum, significare, ex addita noce ιδευσάμενος ſatis appetet. Quod autem NEPOS facellum uocat, id amplum, et magnae molis

a) De diis gentium, Syntigm. XVI. p. 635.

c) Ad TERENTII PHORM. Act. V. Scen. VI. v. 1.

u) Conf. VARRO de re rustica, L. I. Cap. I. et quae commentatores ad hunc locum tradunt.

x) Phyſicorum L. II. Cap. V. ſub finem: Ἐσὶ μὲν ἔν αἱμῷ τίτια, παθάπερ διηγηται, πατὰ συγβεβιότες, καὶ ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις γέγενεθαι, μηδ ὡς αὐτῶς μηδὲ ἡ ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τέτως ἐπειδὴν γενοιτο ἐν τοῖς ἔνεκα τοις. Cap. VI. statim ab initio: Διαθέσει δέ, ἐπι τὸ αὐτόματον ἐπὶ πλεῖσι ἐσι τὸ μὲν γρεψ ἀπὸ τύχης, ἀπὸ τάντομάτων τέτο δέ πάντα ἀπὸ τύχης ἡ μὲν γραφή τύχη καὶ τὸ ἀπὸ τύχης ἐσι καὶ τὸ ἀντυχῆται ἀντάρξει, καὶ ἔνος πρᾶξις.

y) Piegl ēμαρκέντις, p. 434: Τὸ δὲ αὐτόματον ἐπὶ πλεῖσι τῆς τύχης. Εἰ γράφει καὶ αὐτὴν περὶ αὐτῶν ἔχει, καὶ πολλὰ τὸν ἄλλο τὸν αὐτόματον περιφέρει, ἐσὶ δὲ καὶ ὅμοια ἔπειρ αὐτόματον λέγεται τὸ περίκος ἄλλα ἔνεκα. Η τύχη τὸ αὐτόματον μέρος. Εσὶ δὲ ἐκατέρει ἔκατερ σύμπτωμα. Τὸ μὲν αὐτόματον τὸ ἐνδεχομένον, ἡ δὲ τύχη τὸ δέρμα, καὶ τέτοιχ ἄπαντες, ἀλλ᾽ ὅπερ ἂν καὶ πατὰ προσάρξειν, ἡ δὲ προσάρξη. Διὸ καὶ τὸ μὲν αὐτόματον κοινῶν ἐμψύχου τοις, καὶ αἴψυχου, ἡ δὲ τύχη διοι αἴσθηται, ηδὲ πρόστεται δυναμένη.

z) In historia critica philosophiae, Tom. I. Part. II. L. II. Cap. VII. Secd. I. §. 10. p. 814. ſequi.

a) In uita TIMOLEONTIS, p. 183. et in πολιτικοῖς παραγγίλμασι, p. 397.

b) Piegl τὸ ἀντεῖ τὸ παντεῖ ἀντιφθέντες, p. 296.

VIII

molis, aedificium esse non potuit. Quum igitur GOLTZIVS^{c)} FORTVN
NÆ templum, in TYCHE A TIMOLEONTE post tyramnidem cecilam
magnificentissime exstructum, memorat, hoc AYTOMATIAS^{d)} facillum intel-
ligi nequit, quod deae nomen, et operis magnitudo, repugnat, sed potius,
nisi GOLTZIVS per errorem labatur, antiquissimum illud FORTVN
fanum, intellimis bellis, temporisque iniuria, uslatum, a TIMOLEONTE
magnificentissime restitutum uidetur. Accedit, quod TIMOLEON AY-
TOMATIAS^{e)} facillum, ut NEPOS ait, domi sua, ut PLVTARCHVS^{f)}
ēπ' ἡς θυσίας, constituerit. Ergo fuit pars domus TIMOLEONTEAE, nec
singulare quoddam aedificium, imo ad sacra priuata huius AYTOMATIAS^{g)}
cultus pertinebat.

PLVTARCHVS AYTOMATIAS^{h)} (quas mentionem facitⁱ⁾, et de cul-
tu TIMOLEONTIS uoce Θυσία utitur^{j)}. Dicere igitur Autopriay a
TIMOLEONTE cruentis sacrificiis cultam, nisi occurrerent etiam quidam
GRAECORVM θυσίαι θυσίαι, atque θυσίαι^{k)}, et τὸ θύειν sufficiendi quo-
que significatum admireret^{l)}. Sed quum, praeter haec verba, aliud cultus
huius deae indicium nullibi fiat, nec nobis, ingenio tantum, et coniectionis,
indulgere, licet. Addidisse potius sufficeret, quod NEPOS testatur, TI-
MOLEONTEM nimur hoc facillum, quam sanctissime coluisse.

Ne qui autem TIMOLEONTEM, quod passim occurrit, et hoc
TIMOLEONTIS facillum, unum, idemque, puret, illud gymnasium, in
TIMOLEONTIS honorem aedificatum, sive, monendum est^{m)}.

Haec differo, dum pro reparata pace non fictae deae, sed vero, etunico,
rerum humanarum arbitrio, gracie peragendas sunt quam maxima*e*. Sensis
hunc inter summa belli discrimina fibi in primis fauientem provincialis scho-
la PORTENSIS. Quid igitur mirum, si, gratissimam mentem publice si-
gnificare cupiat? Delinuit ergo diem XI. Aprilis actui oratorio, quo gra-
tulatoris publici uices tuebatur clarissimus huius scholae CONNECTOR
DOMINVS

M. GOTTHELEF EHRENFRIED BECKERVS.

Nuncupatis ab eo pro pacis perennitate uotis, alumnus, ut ordine, ita
etiam litterarum incrementis, et pierae, primus,

CHRISTIANVS FRIDERICVS PEZOLDVS, Deliensis,
carmine heroico *follicitate iucunda oblitia nitide caner*. Quem filius meus,
CHRISTIANVS FRIDERICVS GRABENERVS, Dresdenis,
excipiet, de spe, et fide, pacis comitibus, oratione prorsa diciturus. Quos ut
beniciale auditum, dicto die, hora nona ante meridiem, frequentes ueniant,
qui huius provinciali scholae patrocinantur, et bene cupiunt, ea, qua par est,
obseruantia roganus. Per scripti in provinciali schola PORTENSIS, ipsis
Nonis Aprilibus, 1000 CCLXII.

c) In GRAECIA, p. 20. d) In uita TIMOLEONTIS, p. 183.

e) Illeī τῇ τετράνθεντι αἰνεῖσθαις, p. 296.

f) In uita TIMOLEONTIS, p. 183.

g) Conf. CHRISTIANI BRYNINGS Compendium Antiquitatum Graecarum, e
profanis sacrarum, Cap. XXI. §. 16. p. 291.

h) BRYNINGS loc. cit. §. 11. et 2. p. 280, sequ.

i) PLVTARCHVS in uita TIMOLEONTIS, p. 185: Ἐπεισέστω δὲ τὴν ταῦθα
τὴν σοματικὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς ὑπέρου πειθαλόδους, καὶ ταλαρίους επικεδεματα-
τες, γρυπάσιον τοῖς νεύσιν αἴνων, καὶ Τυλεστετον πεπονιζέσθων.



✓. 13. 67

Vd
3130

X 3521781

DE
A Y T O M A T I A Σ
NVMINE SACELLO ET CVLTV
P R A E F A T V S

PROVINCIALIS SCHOLAE PORTENSIS
GRATVULATIONEM PVBLICAM

OB REPARATAM PACEM

I N D I C I T

CHRISTIANVS GODOFREDVS GRABENERVS

A. M. ET RECTOR.



BIBLIOTHECA
FONICRAVIANA



LIPSIAE
OFFICINA LANGENHEMIA.

